



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 138. Cæsaris consilium de arce Senis construenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1549.

§. CXXXVII.

*Pontificis mandatum de interrumpenda Synodo.*

*Reynald. hoc ann. n. 21.* **E**nimvero postremum hoc consilium secutus Montano Cardinali præcepit Pontifex, ut Bononienses Patres dimitteret, eisque significaret, quod Sanctitas sua decreverit nullum deinceps Concilium esse celebrandum, eo quod Romæ decretis pro morum, ac disciplinæ emendatione necessariis insudare statuisset. Hoc negotium sibi demandatum Montanus die decima septima Septembris executus est.

§. CXXXVIII.

*Cæsaris consilium de arce Senis construenda.*

*Thucyd. hist. l. 6. n. 4.* **N**ec tamen omnibus animi sui anxietatibus liber evasit Pontifex; semper enim Placentinæ res illum vehementissime distentum tenebant, præcipue, cum præfatæ urbis loco Senensem Provinciam nullo pacto obtinere posset; quippe Mendoza, qui Cæsaris nomine ibidem præerat, Senenses eo induxit, ut ad Carolum Oratores mittere decernerent. Hi ergo duos feligunt, quorum primus erat Lelius Puccius

Puccius unus ex illis novem, penes Sæcul. XVI.  
quos suprema Reipublicæ auctoritasest; A.C. 1549.  
alter vero erat Alexander Guilielmus,  
qui quidem nonnisi ex plebeio ordine,  
suo tamen socio ingenii acie longe præ-  
stabat, ac Mendozæ addictissimus exti-  
terat. His datum erat negotium, *ut*  
*de prospera Mendozæ administratione, &*  
*æqua Reipublicæ ordinatione per illum fa-*  
*da Cæsari gratias agerent: cæterum Hi-*  
*spanorum præsidium, quod admodum Se-*  
*nensibus grave esset, ut amoveretur, enixis*  
*precibus contenderent, & aliunde urbis secu-*  
*ritati prospiceretur.* Id eo tendebat,  
ut summa Imperii Mendozæ a Cæsare  
committeretur, eique arcis construen-  
dæ negotium daretur, juxta delineatio-  
nem munitionis ex peritorum sententia  
factam, quæ Gonzagæ antea communi-  
cata dein ad Cæsarem mittebatur.

Insuper Guilielmus ex Mendozæ im-  
pulsu Cæsari suggerere jubebatur, qua-  
tenus ceteris oppidis in ora maritima  
sitis, videlicet Portus-Herculanæ, & Or-  
bitellensi urbibus, aliquisque locis Hispano-  
norum præsidia imponeret.

### §. CXXXIX.

*Octavii Farnesii molimina pro occu-*  
*panda Parmensi urbe.*

**O**ctavius Farnesius, cum hanc lega-  
F 4 tionem